Fragmentarium

mala non sit. Nisi damp nandis; Laudat quippe diem mortis.
que & philosophi gencium laudauerunt. Ne uideatur damp nare
id qd naturaliter accidit; Mors quippe naturaliter accidit;
& quicquid naturaliter agitur necessarium comprobatur; De qua
cato; Que si bona non est finis tamen illa illa malorum est; Cum ergo scis datum
sit ut in potestate habeant peccare uel non peccare; Cur timeant
labi in calcaneo; Maxime cum proposuerint abstinere a pec
cato. Quos ergo iniquitas calcanei circumdet & subdit inqui
ens; Qui confidunt in uirtute sua gigantes sicut & po
tentes sculi qui uiribus corporis extolluntur; Siue etiam philo
sophi gencium qui sibi tribuebant quicquid boni habebant &
gloriabantur nimio tumore diuiciarum scientie sue; Possunt & per hos qui in
multitudine diuiciarum suarum gloriantur. uidei intellegi qui cog
nitione diuina & scarum scripturarum sciencia inflabantur. ideoque
in calcaneo corruerunt. Frater non redimit redimet homo. fr
nr dignatur xps appellari per susceptionem nature nostre cre
ator & conditor tocius nature; Siue etiam frater dicitur pro eo qd
nos unda baptismatis renatos ad obtiuos dei patris reddit filios;
alloquitur ergo propheta uideos; Uos inquit hoc uidei dicitis.
quia frater. i. xps non redemit nos; Redimet ergo omo. i.
adam uel moises in quo confiditis non utique. Non dabit deo
placacionem suam; ab hoc loco perplexa ualde est exposicio.
& ideo necesse est ut ita eam haccipiamus sicut & scis pa
tribus traditum habemus; Nam scam scriptura sic est. ue
luti quedam mensa diuersos gustus habens & omnium cibo
rum generibus referta. in qua unusquisque id accipiat quod
ei placet, cassiodorus ergo hoc de iusto aliquo accipit; Non

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 41-48.59-66 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 105-106.112-113, LyonBM788_103_65R – Commentary on psalms (https://fragmentarium.ms/view/page/F-73yy/431/6394)